



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Leo Decimus In Concilio Lateranensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

LEO DECIMVS IN CONCILIO LATERANENSI.

Sessio X.



Nos, ne id quod ad Dei gloriam, & fidei augmentum, ac bonarum artium propagationem saluiter est inuentum, in contrarium conuertatur, ac Christiani fidelium salutem detrimentum patiat, super huiusmodi impressione curam nostram habendam fore duximus, ne de cetero cum bonis feminibus legatur, vel medicinis venena intermiscerentur. Volentes igitur opportuno super his remedio prouidere, hoc sacro approbato Concilio, vt negotium impressionis librorum huiusmodi eo profectus felicius, quo deinceps indago sollicitior diligentius & cautius habeatur: statumus & ordinamus, quod de cetero perpetuo futuris temporibus, nullus librum aliquem, seu aliam quamcumque scripturam, tam in Vrbe nostra, quam alijs quibusvis ciuitatibus & diocesis imprimere seu imprimi facere presumat, nisi prius a Vicario nostro, & sacri Palatii Magistrum: in alijs veritatibus & diocesis per Episcopum, vel alium habentem peritiam scientiam, libri seu scripturae huiusmodi imprimenda, ab eodem Episcopo ad id deputandum, ac Inquisitorem haereticę prauitatis coactis, siue diocesis, in quibus librorum impressio huiusmodi fieri debet, genter examinentur, & per eorum manu propria subscriptioem in excommunicationis sententia, gratis & sine dilatione imponenda approbentur. Qui autem secus presumpserit, vltra librorum impensorum amissionem, & illorum publicam combustionem, ac ecclesiarum ducatorum fabricarum Principis Apostolorum de Vrbe siue ipsius solutionem, ac anni continui exercitij impressionis suspensionem, excommunicationis sententia innodatus existat, ac eorum in grauescente contumacia, taliter per Episcopum suum, vel Vicarium nostrum respectiue per omnia iuris remedia castigetur, qui alij eius exemplo similia minimè attentare presumant.

SIXTI QVARTI CONSTITVTIO PRIMA
de festo Conceptionis immaculatę Virginis ex lib. 3. Extraneorum
gantium communium, tit. de Reliquijs & veneratione Sancto-
rum.

Cum præexcesso meritorum insignia, quibus Regina caelorum, Virgo Dei genitrix gloriosa, sedibus prælata æthereis, fidelibus quasi stella matutina perutilans, deuotę considerationis indaganda perserutatur, & intra pectoris arcana reuoluimus, quod ipsa, vix per via misericordię, mater gratię, & pietatis amica, humani generis

consolatrix, pro salute fidelium, qui delictorum onere grauantur, se-
dula oratrix & peruigil ad Regem quem genuit, intercedit: dignum,
quin potius debitum reputamus, vniuersos Christi fideles, vt omni-
potenti Deo (cuius prouidentia eiusdem Virginis humilitatem ab
aeterno respiciens pro concilianda suo auctori humana natura, lapsu
primi hominis aeternae morti obnoxia, eam sui Vnigeniti habitacu-
lum sancti Spiritus praeparatione constituit, ex qua carnem nostrae
mortalitatis pro redemptione populi sui assumeret, & immaculata
Virgo nihilominus post partum remaneret) de ipsius immaculatae
Virginis mira conceptione gratias & laudes referant, & instituta pro-
prie in Ecclesia Dei, & Missas & alia diuina officia dicant & illis
interfuerint, indulgentijs & peccatorum remissionibus inuitare, vt ex-
eade fiat eiusdem Virginis meritis & intercessione diuinae gratiae
participatores. Haec igitur consideratione inducti, eiusdem omnipotentis
Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate con-
stituta, auctoritate Apostolica hac in perpetuum valitura constitutio-
nem statuimus & ordinamus, quod omnes & singuli Christi fideles
utriusque sexus, qui Missam & Officium Conceptionis eiusdem
Virginis gloriosae, iuxta piam, deuotam & laudabilem ordinationem
beati filij Magistri Leonardi de Nogarolis clerici Veronensis, No-
tarii nostri, & quae desuper a nobis emanauit, Missae & Officij huius-
modi institutionem, in die festiuitatis Conceptionis eiusdem Virgi-
nis Mariae, & per Octauas eius deuote celebrauerint & dixerint, aut
in Horis canonicis interfuerint: quoties id fecerint, eandem por-
tionem indulgentiae & peccatorum remissionem consequantur, quam
iuxta felicis recordationis Urbani 4. in Concilio Viennensi approba-
tae, ac Martini 5. & aliorum Romanorum Pontificum praedecessorum
vultorum constitutiones consequuntur illi, qui Missam & horas
canonicas in festo Corporis & Sanguinis Domini nostri Iesu Chri-
sti primis Vesperis, & per illius Octauas, iuxta Romanae Ecclesiae
constitutionem, celebrant, dicunt, aut Missae officio & Horis huius-
modi interfuerint, praesentibus perpetuis temporibus valituris. Datum
Romae apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicae 1476.
Kalend. Martij, Pontificatus nostri Anno 6.

Constitutio altera.

Graue nimis gerimus & molestum, cum sinistra nobis de qui-
dam Ecclesiasticis personis referantur. Sed in eorum, qui ad
praedicationem verbum Dei sunt deputati, excessibus praedicando
missis, eo grauius prouocamur, quo illi periculosius remanent
correcti: cum facile deleri nequeant, qui multorum cordibus sic
publice praedicando diffusus & damnabilis imprimuntur errores.
Cum sancta Romana Ecclesia de intemeratae semperque Vir-
ginis Mariae conceptione publice Festum solemniter celebret, & spe-
ciale

ciale ac proprium super hoc officium ordinaverit: nonnulli, ut
 pimus, diversorum Ordinum prædicatores, in suis sermonibus ad
 pulum publice per diversas civitates & terras affirmare hæc
 eubuerunt, & quotidie prædicare non cessant, omnes illos, qui
 neant aut asserunt eandem gloriosam & immaculatam Dei geni-
 cem absque originali peccati macula fuisse conceptam, mortaliter
 peccare, vel esse hæreticos: eiusdem immaculatæ conceptionis Of-
 cium celebrantes, audientesque sermones illorum qui eam huius-
 iusmodi macula conceptam esse affirmant, peccare graviter, huius-
 præfatis prædicationibus non contenti, confectos super his asser-
 tionibus libros in publicum ediderunt, ex quorum assertio-
 prædicationibus non levia scandala in mentibus fidelium exorta sunt,
 & maiora merito exoriri formidantur indices. Nos igitur huiusmodi
 temerarijs ausibus, ac pueris assercionibus ac scandalosis, quæ
 inde in Dei Ecclesia exoriri possunt, quantum nobis ex alio necesse
 dicitur, obviare volentes, motu proprio, non ad alicuius nobilitatem
 hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione
 & certa scientia, huiusmodi asserciones prædicatorum quorundam
 & aliorum quorumlibet, qui affirmare præsumerent, eos quæ-
 rent aut tenerent eandem Dei genitricem ab originali peccati
 macula in sua conceptione præservatam fuisse, propterea alicuius hæ-
 sis labepollutos fore, vel mortaliter peccare: aut huiusmodi Officii
 conceptionis celebrantes, seu huiusmodi sermones audientes, a-
 cuius peccati reatum incurere, utpote falsas & erroneas, & veni-
 te penitus alienas, editosque desuper libros prædictos in concen-
 tes, quo ad hoc, auctoritate Apostolica, tenore præsentium repro-
 bamus & damnamus: ac motu, scientia, & auctoritate prædicta
 tuimus & ordinamus, quod prædicatores verbi Dei, & quicumque
 alij, cuiuscumque status, gradus aut Ordinis ac conditionis fuerint,
 qui de cætero ausu temerario præsumperint in eorum sermonibus
 ad populum, seu alias quomodolibet affirmare, huiusmodi hæ-
 nos improbatas & damnatas asserciones veras esse, aut dictas
 pro veris legere, tenere vel habere, postquam de præsentibus asser-
 tionibus habuerint, excommunicationis sententiam eo ipso incurram,
 qua ab alio quàm à Rom. Pontifice (nisi in mortis articulo) acci-
 ant absolutionis beneficium obtinere. Item motu, scientia & a-
 uoritate similibus, simili poenæ ac censuræ subijcientes eos, qui
 fuerint asserere, contrariam opinionem tenentes, videlicet gloriosam
 virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam, huius-
 crimen vel peccatum incurere mortale: cum nondum sit à Romanæ
 Ecclesia & Apostolica Sede decusum: non obstantibus contra-
 nibus & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscumque quæ
 communiter vel divisim à Sede Apostolica indultum existit, quæ
 i. erdici, suspendi, vel excommunicari non possunt per litteras
 st. acas, non facientes plenam ac expressam, ac de verbo ad verbum

concil. Tr
 cū declar
 in auctoritate
 morali

de inde
 leant i
 quisi
 ribus,
 do pop
 & faci
 ad sing
 & dict
 sum
 præla
 origina
 no hom
 nis, sta
 temera
 dignat
 stoloru
 Petrom
 premb.

C
 Gri
 seu occ
 repro
 suffici
 ceses &
 idoneo
 assum
 ce ipso
 bo ad
 ministr
 incepto
 uectua
 Coadi
 officio,
 ingen
 autem

C
 Cæ
 quiten

de indulto huiusmodi mentionem. Et ne de præmissis aliquando valeant ignorantiam allegare, volumus, quod locorum Ordinarij requirant, præsentibus litteras in Ecclesiis, consistentibus in eorum ciuitatibus, & suarum diocesium locis insignibus, dum maior ibi multitudo populi ad diuina conuenerit, sermonibus ad populum mandent & faciant publicari. Præterea quia difficile foret præsentibus litteras ad singula loca, in quibus expediens fuerit, deferre etiam volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod earundem litterarum transumpto, manu publici Notarij confecto, & autentico alicuius prælati Ecclesiastici sigillo munito, ubiq; stetur, prout statetur eisdem originalibus litteris, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reprobationis, damnationis, statuti, ordinationis, voluntatis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum: Anno incarnationis Dominicæ 1483. pridie Nonas Septemb. Pontificatus nostri Anno 13.

Concilium Lateranense sub Innocentio III. Can. 10.

Quoniam sæpè contingat, quod Episcopi, propter occupationes multiplices, vel inualerudines corporales, aut hostiles incursionem, seu occasiones alias (ne dicamus defectum scientiæ, quod in eis est reprobandum omnino, nec de cæteris tolerandum) per se ipsos non sufficiunt ministrare populo verbum Dei, maximè per amplas dioceses & diffusas: generali constitutione sancimus, ut Episcopi viros idoneos ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendum assumant, potentes in opere & sermone, qui plebes sibi commissas vice ipsorum, cum per se idem nequierint, sollicitè visitantes, eas verbo ædificent & exemplo, quibus ipsi cum indigerint, necessaria ministrent, ne pro necessariorum defectu compellantur desistere ab incepto. Vnde præcipimus, tam in Cathedralibus, quam in aliis conuentuibus Ecclesiis, viros idoneos ordinari, quos Episcopi possint Coadiutores & cooperatores habere, non solum in prædicationis officio, verum etiam in audiendis confessionibus, & penitentis inueniendis, ac cæteris, quæ ad salutem pertinent animarum. Si quis autem hoc neglexerit adimplere, distinctè subiaceat ultioni.

Lib. 1. Decretalium, tit. de electione & electi potestate.

C A P V T VII.

Quoniam in cunctis sacris ordinibus, & Ecclesiasticis ministeriis sicut ceteris maturitas, grauitas morum, & litterarum scientia inquirenda; multo fortius in Episcopo hæc oportet inquiri, qui ad aliorum

rum curam positus, in se ipso debet ostendere, qualiter alios in domino Dei oporteat conuersari. Ea propter, ne quod de quibusdam pro necessitate temporis factum est, trahatur à posteris in exemplum, præsentis decreto statuimus, vt nullus in Episcopum eligatur, nisi qui iam trigessimum annum ætatis exegerit, & de legitimo matrimonio sit natus: qui etiam vita & scientia commendabili demonstretur.

Lib. 3. Decretal. de Clericis non residentibus.

CAPVT III.

Quia nonnulli modum auaritiæ non potentes, dignitates sacras Ecclesiasticas, & plures Ecclesias parochiales, contra iurum Canonum instituta nituntur accipere; vt cum vacuum officium vix implere sufficiant, stipendia sibi vendicent plurimorum: nec de cætero fiat, districtius inhibemus. Cum igitur Ecclesia vel Ecclesiasticum ministerium committi debuerit, talis ad hoc persona quaeratur, quæ residere in loco, & curam eius per se ipsam valeat exercere. Quod si aliter actum fuerit, & qui receperit, quod contra iurum Canonum accepit, amittat; & qui dederit, largiendi potestatem perdat.

In Sexto, De electione Episcopali potestate.

CAPVT XIV.

Licet Canon à felicis recordationis Alexandro Papa tertio, predecessore nostro, editus, inter cætera statuerit, vt nullus regimen Ecclesiæ parochialis suscipiat, nisi vigessimum quintum ætatis annum attigerit, ac scientia & moribus commendandus: quodque talis ad regimen assumptus huiusmodi, si promotus non fuerit, præfixo à Canonibus tempore in Presbyterium ordinatus à regiminis eiusdem amoueat officio, & alij conferatur. Quæ tamen in obseruatione Canonis memorati se multi exhibent negligentes, nos periculofam illorum negligentiam volentes iuris correctione suppleri, præsentis decreto statuimus, vt nullus ad regimen parochialis Ecclesiæ assumatur, nisi sit idoneus moribus, scientia & ætate: Decernentes, collationes de parochialibus Ecclesiis, in quibus non attigerint vigessimum quintum annum de cætero sacerdotibus viribus omnino carete. Is etiam qui ad huiusmodi regimen assumitur, vt gregis sibi crediti diligentius curam quaerere possit, in parochiali Ecclesiâ, cuius rector is extiterit, residere personaliter debeatur. Et intra annum à sibi commissi regiminis tempore promovendum, se faciat ad sacerdotium promoveri. Quod si in eodem tempore promotus non fuerit: Ecclesia sibi commissâ

etiam præmissa monitione) sit præsentis constitutionis auctoritate priuatus. Super residentia vero, vt præmittitur, facienda, possit Ordinarius gratiam dispensationis ad tempus facere, prout causa rationalis id exposcit.

Lib. 3. Decretal. De prabendis & dignitatibus.

CAPVT XXIX.

Grave nimis est & absurdum, quòd quidam Ecclesiarum prælati, cum possint viros idoneos ad Ecclesiastica beneficia promouere, assumere non verentur indignos, quibus nec morum honestas, nec literarum scientia suffragatur, carnalitaris sequentes affectum, non iudicium rationis. Vnde quanta Ecclesijs damna promouent, nemo sanæ mentis ignorat. Volentes igitur huic morbo mederi, præcipimus, vt prætermisiss indignis, idoneos assumant, qui Deo & Ecclesijs velint & valeant gratum impendere famulari; fiatq; de hoc in prouinciali Concilio diligens inquisitio annuatim: ita vt qui post primam & secundam correptionem fuerit reperiens culpabilis, a beneficijs conferendis per ipsum Concilium suspendatur, instituta in eodem Concilio persona prouida & honesta, quæ suspensio suppleat defectum in beneficijs conferendis. Et hoc ipsum circa Capitulo, quæ in his deliquerint, obseruetur. Metropolitanus vero delictum, su periori iudicio relinquatur ex parte Concilij nuotianum. Vt autem hæc salubris prouisio pleniorum consequatur effectum, huiusmodi suspensionis sententia, præter Romani Pontificis auctoritatem, aut proprii Patriarchæ, minime relaxetur, vt in hoc quoque quatuor Patriarchales sedes specialiter honorentur.

ict
at

Lib. 3. Decretal. de prabendis & dignitatibus.

CAPVT XXVIII.

De multa prouidentia fuit in Lateranensi Concilio prohibitum, vt nullus diuersas dignitates Ecclesiasticas, vel plures Ecclesijs Parochiales reciperet, contra sacrorum Canonum institutionem: alioquin recipiens sic acceptum amitteret, & largiendi potestate conficiens priuaretur. Quia verò propter præsumptiones & quorundam cupiditates, nullus hæctenus, aut rarus de prædicto statuto factus, prouenit: nos euidentius & expressius occurrere cupientes, prælati decreto statuimus, vt qui cumque receperit aliquod beneficium, curam habens animarum annexam, si prius tale beneficium habebat, eo sit ipso iure priuatus: & si forte illud retinere contenderit, etiam alio spoliatur. Is quoque, ad quem prioris spectat donatio, post receptionem alterius liberè conferat, cui meritò viderit conferendum: & si ultra sex menses conferre distulerit, non solum ad alios secundum Lateranensis Concilij statutum eius collatio deuoluatur.

Cap. Quia nonnulli, su-
pr. Sess. hu-
1111, c. 2.

Decretal.
de Conc. pra-
ben. c. nulla.

Tt 5 luatur.

Iuatur, verum etiam tantum de suis cogatur pronentibus in villa-
tem Ecclesia, cuius est illud beneficium, assignare, quantum in tem-
pore vacationis ipsius constiterit esse perceptum. Hoc idem in pro-
natibus esse decernimus obseruandum: addentes, vt in eodem bene-
ficia nullus plures dignitates aut personatus habere praesumat, nisi
curam non habeant animarum. Circa sublimes tamen & illustres
personas, quae maioribus beneficijs sunt honorandae, cum in
stulauerit, per Sedem Apostolicam poterit dispensari.

In Sexto, tit. 16. De Officio Ordinarij.

CAPVT III.

Ordinarij locorum subditos suos, plures dignitates vel bene-
ficias quibus animarum cura imminet obrinentes, seu personatus
aut dignitatem cum alio beneficio, cui cura similis est, cum
districte compellant, dispensationes, auctoritate quarum bene-
ficij Ecclesias, personatus seu dignitates canonicè tenere se
intra tempus pro facti qualitate ipsorum Ordinarij molen-
dum arbitrio exhibere. Quod si forte iusto impedimento cessante
nullam dispensationem intra idem tempus contigerit exhiberi, bene-
ficia, personatus, seu dignitates, quae sine dispensatione
aliqua eo ipso illicitè detineri constabit, per eos, ad quos eorum ob-
latio pertinet, liberè personis idoneis conferantur. Ceterum si dis-
pensatio exhibita sufficiens euidenter appareat, exhibens nequaquam
in beneficijs huiusmodi, quae canonicè obrinet, molestetur. Pro-
deat tamen Ordinarius, qualiter nec animarum cura in eis de-
clatis, personatibus, seu dignitatibus negligatur: nec beneficijs
debitis obsequijs defraudentur. Si verò de dispensationis eorum
sufficiencia dubitetur, super hoc erit ad Sedem Apostolicam re-
ferendum: cuius est aestimare, quem modum sui beneficij esse
conferendis in super personatibus, &c.

In Sexto, De priuilegijs.

Volentes libertatem (quam nonnullis Apostolica Sedes
legio exemptionis indulgit) sic integram obseruari, vt
alij non infringant, & ipsi eius limites non excedant, declarauimus
irrefragabili definitibus, quod quantumcumque sic exempti
ant libertate, nihilominus tamen ratione delicti, siue contra
rei, de qua contra ipsos agitur, ritè possunt coram locorum Ordina-
rijs conueniri, & illi quoad hoc suam in ipsos iurisdictionem
ius exigit exercere.

Nunquid ergo carent omnino in his commodo libertatis
etique, quia nec coram Ordinarijs ipsis, dummodò sit in loco
pro commissum delictum, vel contractus inuitus, aut res litigiosa

ibi domicilium habent, si alibi delinquant vel contrahant, aut res ipsa consistat, conueniri possunt aliquatenus super istis: nec domiciliorum pretextu, locorum diocesani (si vbi deliquerunt, vel contraxerunt, aut res ipsa consistit, illi conueniantur) remittendi eos illuc, vel ipsi ut illi respondeant, iniungendi habeant aliquam potestatem, saluis nihilominus casibus alijs, in quibus eos Episcoporum iurisdictioni subesse Canonica præcipiunt instituta. Et idipsum decernimus circa illos, quibus ut non nisi sub vno iudice teneantur de conquerentibus respondere, Apostolico priuilegio est concessum. In eos autem, quibus ne interdici, suspendi, vel excommunicari à quocumque valeant, à Sede Apost. est indultum (sicut sunt religiosi quamplures) in quorum priuilegijs continetur, ne quisquam Episcopus vel Archiepisc. monast. suorum monachos pro vlla causa, vlloue loco interdici, suspendere, vel excommunicare præsumat: ijdem Ordinarij iurisdictionem suam quantum ad ista vbicunq; illi fuerint, peccatis exorcere nõ possint: nisi forsan ipsi monachi ad monast. suorum Prioratus, Ordinarijs ijsdem subiectos, fuerint destinati. Tunc enim etsi liberè possint ad eadem monastria reuocari, actam illorum quam ipsorum Prioratum monachi repentur, cum non sit inconueniens, aliquem vtrouique locum habere monachicum) vnum alteri subesse monasterio, vel ab ipso noscitur dependere, ratione tamen eorundem Prioratum dicti Ordinarij sua iurisdictione in ipsis quam quoad præmissa) quamdiu morantur in illis) licitè vti possint.

In Clementinis lib. 3. tit. De religiosis domibus.

Quia contingit interdum, quodd xenodochiorum, leprofariorum, elemosynariorum, seu hospitalium rectores, locorum ipsorum cura postposita, bona, res & iura ipsorum interdum ab occupatorum & vsurpatorum manibus excutere negligunt: quinimò ea collabi & deperdi, domos & ædificia ruinis deformari permittunt: & non attento quod loca ipsa ad hoc fundata & fidelium erogationibus dotata fuerunt, ut pauperes infectique lepra reciperentur inihi, & ex prouentibus sustentarentur illorum, id renuunt inhumaniter facere, prouentus eosdem in vsus suos damnabiliter conuertentes: cum tamen ea quæ ad certum vsus largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium (salua quidem Sedis Apostol. auctoritate) conuerti. Nos incuriam & abusum huiusmodi detestantes hoc sacro Concilio approbante sancimus, vti, ad quoslibet de iure vel statuto in ipsorum fundatione locorum appposito, aut ex consuetudine præscripta legitime, vel priuilegio sedis Apostolicæ pertinet, loca ipsa studeant in prædictis omnibus salubriter reformare: ac occupata, deperdita & alienata indebite, in statum reduci debitum faciant: & ad ipsarum miserabilium personarum

rece-

ict.
at.
m.

receptionem & sustentationem debitam, & iuxta facultates & prouentus locorum ipsorum, rectores praedictos compellere non cogitant. In quo si forte commiserint negligentiam vel defectum, Ordinarijs locorum iniungimus, vt etiam si pia loca praedicta exemptionis priuilegio munita consistant, per se ipsos vel alios implicatone praemissa & siagula, & rectores eosdem vtique non ex parte propria, exemptos vero & alios priuilegiatos Apostolica adhibita auctoritate compellant. Contradictores cuiuscumque status aut conditionis existant, aut praebentes eisdem circa praemissa consilium, auxilium vel fauorem, per censuram Ecclesiasticam, & alijs vniuersi dijs compescendo: nullum tamen per hoc exemptionibus seu priuilegijs ipsis quo ad alia prauidium generando. Vt autem praemissa promptius obseruentur, nullus ex locis ipsis secularibus Clericis beneficium conferatur: etiam si de consuetudine (quam reprobandam penitus) hoc fuerit obseruatum; nisi in illorum fundatione facta fuerit constitutum, seu per electionem sit de rectore locis huiusmodi prouidendum. Sed eorum gubernatio viris prouidis, idoneis, & boni testimonij committatur, qui sciant, velint & valeant loca ipsa bona eorum ac iura vt iliter regere, & eorum prouentus & redditus in personarum vsu miserabilium fideliter dispensare, & quos in vniuersis alios bona praedicta conuertere praesumptio verisimilis non existat: in quibus sub obtestatione diuini iudicij illorum, ad quos dictorum locorum commissio pertinet, conscientias oeramus. Illis etiam quibus dictorum locorum gubernatio seu administratio committitur, ad instar tutorum & curatorum iuramentum praestare, ac de locorum ipsorum bonis inventaria conficere, & Ordinarijs, seu alijs quibus subsunt loca huiusmodi, vel deputandis ab eis, annis singulis de administratione sua teneantur reddere rationem. Quod si fecerint quoquam fuerit attentatum, collationem, prouisionem, seu ordinationem ipsam carere decernimus omni robore firmitatis. Praemissa vero ad hospitalia militarium Ordinum, aut Religiosorum excellentiorum, extendi minimè volumus. Quorum tamen hospitalium in sanctorum Ordinum instituta & antiquas obseruansas praestantes pauperibus, & hospitalitatem debitam in illis tenere procurare: ut quod per Superiores eorum acta districtione cogantur, statuta aut consuetudinibus quibuslibet non obstantibus in praemissis. Ceterum nostrae intentionis existat, quod si quae hospitalia, altare vel oratoria, & coemeterium ab antiquo habentia, & presbyteros celeberrimos, & Sacramenta Ecclesiastica pauperibus ministrantes, seu si parochiales rectores consueuerint in illis exercere praemissa, antiqua consuetudo seruetur, quoad exercenda & ministranda spiritualia supradicta.

Concil. Tr.
cū declar.
inuenit in
mora

Omnia utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno proprio sacerdoti, & iniunctam sibi poenitentiam studeat pro vitibus adimplere, suscipiens reuerenter ad minus in Pascha Eucharistiae Sacramentum, nisi forte de consilio proprii sacerdotis ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum: alioquin & uiuens ab ingressu Ecclesiae recedat; & moriens Christiana careat sepultura. Vnde hoc salutare statutum frequenter in Ecclesijs publicetur, ne quispiam ignorantiae caecitate uelamen excusationis assumat. Si quis autem alieno sacerdoti uoluerit iusta de causa sua confiteri peccata licentiam prius postulet & obtineat a proprio sacerdote, cum aliter ille ipsum non possit soluere vel ligare.

Lib. 3. Clem. De uita & honestate Clericorum.

Quoniam qui abiectis uerbis proprio congruentibus Ordini, alias assumere, & in publico portare rationabili causa cessante praesumit, professorum illius Ordinis prerogatiua se reddidit indignus, praesenti constitutione sancimus, quod quicumque Clericus uirgatum uel partem ueste publice utetur (nisi causa rationabilis subsit) si beneficiatus extiterit, per sex menses a perceptione fructuum beneficiorum quae obtinet, sit eo ipso suspensus. Si uero beneficiatus non fuerit, in sacris tamen Ordinibus extra sacerdotium constitutus, per idem tempus reddatur eo ipso inhabilis ad Ecclesiasticum beneficium obtinendum.

Idem quoque censemus de Clericis alijs, uestem talem, simul & insulam publice deferentibus clericalem. Dignitatem uero, personatum, seu beneficium aliud obtinens cui cura imminet animarum, nec non caeteri in sacerdotio constituti, ac Religiosi quilibet, quos oportet per decentiam habitus extinseci morum intrinsecam honestatem ostendere, si (praeterquam ex causa rationabili) publice uentem ferant huiusmodi; aut insulam, seu pileum lineum publice portant in capite, sint eo ipso, beneficiari uelidelicet a perceptione fructuum beneficiorum, quae obtinent, suspensi per annum, caeteri uero sacerdotes & Religiosi quilibet per idem tempus reddantur inhabiles ad quodcumque beneficium Ecclesiasticum obtinendum. Sed & caeteri quicumque Clerici uentem epitogio seu tabardo fordecorato uelque ad oram, & ita breui, quod uestis inferior notabiliter ostendatur; epitogium ipsum seculares Clerici & Religiosi, administrationem habentes, teneantur intra mensem dare pauperibus. caeteri uero Religiosi administrationem non habentes, intra idem tempus illud

illud teneantur suis Superioribus assignare, in pios vsus aliquos conuertendum, alioquin beneficiati suspensionis, ceteri vero inhabilitatis penas prædictas per idem tempus se noverint incurrisse.

Huic insuper adijcimus sanctioni, vt Clerici, præsertim beneficiati, caligis scacatis, rubeis, aut viridibus publicè non vtantur.

Lib. 3. Decretal. De Ecclesijs edificandis.

CAPVT III.

AD audientiam nostram noueris peruenisse, quòd villa quæ dicitur Fl. tantum perhibetur ab Ecclesia Parochiali distare, in tempore hiemali cum pluuiæ inundant, non possint Parochiani fore magna difficultate ipsam adire: vnde non valent congruo tempore ecclesiasticis interesse officijs: Quia igitur dicta Ecclesia ita distantibus abundare, quòd præter illius villæ prouentus ministerij conuenienter valet sustentationem habere, mandamus, quatenus res ita se habet, Ecclesiam ibi ædifices, & in ea sacerdotem, huiusmodi appellationis obstaculo, ad præsentationem rectoris Ecclesiæ matricis cum Canonico fundatoris assensu instituas; ad sustentationem suam, eiusdem villæ obventiones Ecclesiasticas percepturum, credens tamen vt competens in ea honor pro facultate loci matrici feruetur, quod quidem fieri posse videtur, cum eiusdem villæ Duntaxat viginti aras terræ frugiferæ velit ad vsus sacerdotis contineat. Si uero persona matricis Ecclesiæ virum idoneum præsentare distulerit, tu opus illud voluerit impedire, tu nihilominus facias idem opus ad perfectionem deduci, & virum bonum appellationis cessante obsequio instituere non omittas.

Lib. 1. Clement. De aetate & qualitatè & ordine præficiendorum.

VT ij, qui diuinis Cathedralibus vel Collegiatis, secularibus regularibus Ecclesijs sunt mancipati officijs, vel mancipantur in posterum, ad suscipiendos sacros Ordines propensius oblectantur: Statuimus, vt nullus de cætero in huiusmodi Ecclesijs vocem in Capitulo habeat (etiã si hoc sibi ab alijs liberè concesserit, nisi saltem in subdiaconatus Ordine fuerint constitutus. Illi uero dignitates, personatus, officia, vel præbendas, quibus ceteri Ordines sunt annexi, pacificè nunc obtinent in eisdem Ecclesijs vel obsequiuntur in futurum, nisi (iusto impedimento cessante) ad huiusmodi Ordines se promoueri fecerint intra annum, ex tunc donec ad hunc promoti fuerint, nullo modo vocem in Capitulo habeant ceteris eisdem; ipsiq; distributionum, quæ dantur ijs qui ceteris huiusmodi sunt, pars dimidia subtrahatur. Non obstantibus quibuslibet consuetudinib; vel statutis. Pœnis alijs, quæ contra tales promouendos

Ordines recusantes statuuntur in Iure, nihilominus in suo robore permansuris.

In Sexto, lib. 2. tit. De appellationibus.

Romana Ecclesia & infra. Cum suffraganeorum Rhemensis Ecclesie, suorumq; Officialium (qui generaliter de causis ad ipsorum forum pertinentibus, eorum vices supplendo cognoscunt) vnum & idem consistorium sive auditorium sit censendum: ab ipsis Officialibus, non ad dictos suffraganeos (ne ab eisdem ad se ipsos interponi appellatio videatur) sed de iure ad Rhemensem est curiam appellandum. Ab Archidiacono vero, alijsq; inferioribus Prælati suffraganeis subiectis, eisdem & eorum Officialibus; ad suffraganeos ipsos debet, & non ad eandem curiam (omissis dictis suffraganeis) appellari, nisi aliud Rhemensis Ecclesie de consuetudine cõpetat in hac parte. Cum autem ad præfatam curiam ab eorundem suffraganeorum vel suorum Officialium audientia fuerit appellatum, Rhemensis Archiepiscopus (qui pro tempore fuerit) vel Officialis ipsius nullatenus in appellationis causa interpositæ ante definitiuam sententiam citentur, nec etiam alijs illam committent; appellationis eiusdem causæ probabili seu legitima non expressa.

Si verò vocatis partibus, vel nullatenus, aut non intra decem dies post interlocutoriam vel definitiuam sententiam appellatum fuisse, seu aliquid aliud simile, sicq; non esse per appellationem ad eundem Archiepiscopum vel eius Officiali deuolurum negotium, proponatur, eisdem (nisi prius ipsis constiterit, causam ipsam ad eos totaliter fuisse delatam) prohibere, ne in causa illa, vel ne ad executionem procedatur sententiæ, non præsumant.

Quod si obijciatur ex iniusta causa, seu minus legitima, ante sententiam appellationem interpositam extitisse, & ex eo non esse appellationem huiusmodi admittendam: nequeunt prædicti Archiepiscopus vel eius Officialis prohibere, ne procedatur in causa, nisi prius appellatione recepta velut emissa ex causa probabili, cognoscere incipiant de causa huiusmodi, an sit vera. Si autem post sententiam in casibus à iure prohibitis (vtpotè à sententia super manifesto & notorio crimine, vel de quo quis in iure confessus extitit promulgata) vel consimilibus appellatum fuisse dicatur: possunt, ne sententia executioni mandetur, (postquam cognoscere cõperint, vtrum sit recipienda vel non appellatio ab eo interposita) inhibere. In alium quoque qui circa rem, de qua inter appellantem & appellatum conuenerit vertitur, aliquid post eorum inhibitionem attendat: non valent occasione huiusmodi iurisdictionem aliquam vindicare. Cum verò is qui ad Rhemensem curiam super aliqua causa vocem appellationis emittit, nihilominus in causis alijs Ordinarij sui iurisdictioni subijciatur. Rhemensis Archiepiscopus vel Officialis ipsius nequa-

nequaquam iurisdictionem ipsam in alijs impediunt, vt ab eodem Ordinario potestate totaliter eximant taliter appellantes. Debetur tamen ad eos ab Episcopis praeferre prouinciae super causis, in quibus temporalem iurisdictionem exercent, nisi forte de consuetudine aut privilegio, siue iure alio speciali sit appellandum ad alium, appellantis Sententias quoque interdicti vel suspensionis seu excommunicationis in appellante ab eo, a quo appellatum proponitur, promouentis, nullatenus, nisi vocatis partibus, & de appellatione legitime cognita, reuocent aut denuncient esse nullas. Cuiusmodi Archiepiscopus ab audientia suffraganei sui super aliquo causa fuerit ante sententiam appellatum: idem Archiepiscopus (quodquam de appellatione cognita constiterit eam minus ratiocantem extitisse) causam ad eundem suffraganeum remittere non potest.

Bonifac. VIII. in Sexto, De Clericis coniugatis.

17. q. 4. c. Si quis suadere. In d. De foro comp. c. 2.

Clerici qui cum vnicis & virginibus contraxerunt, si non sunt & vestes deferant clericales, privilegium retineant. Causas Innocent. II. praedecessore nostro edita in fauorem totius Orbis clericalis: Et cum iuxta Parisiense Concilium, nullus Clericus stringi debeat aut condemnari a iudice seculari, praesenti declaratione edicto, huiusmodi Clericos coniugatos pro commissis ab eis criminibus vel delictis trahi non posse criminaliter aut civiliter ad iudicium seculare, nec ab ipsis secularibus iudicibus eos debere persequi, vel etiam pecunialiter (ne per vniam viam concedatur eis ad iudicibus) quod per aliam denegatur) vllatenus condemnari. In ceteris autem, vel nisi, vt praemittitur, tonsuram vel vestem detulerant clericales, etiam in praemissis eos gaudere nolumus privilegio clericali.

Gregor. X. in generali Concil. Lugdunensi in 6. Decretal. tit. De censibus & exactionibus.

CAPVT II.

Ibid. c. 1.

Exigit peruersorum audacia, vt non sumus sola delictorum prohibitionem contenti, sed etiam poenam, delinquentibus imponimus. Constitutionem itaque felices recordationis Innocentij pra IV. praedecessoris nostri, editam super non recipendis in poena procuracionibus, ac super receptione munerum visitacionibus, etiam familiaribus interdicta, quam multorum fecerunt temeritate praeterire, volentes inuolabiliter obseruari, eam decernimus praedicatione iuuandam: Statuentes, vt vniuersi & singuli, qui ob procuracionem sibi ratione visitacionis debitam exigere poenam, etiam a volente recipere, vel alias constitutionem ipsam recipere

Concil. Tr.
cu declar
in pater...

munera, siue visitationis officio non impenso procuracionem in vi-
dualibus, aut aliquid aliud procuracionis occasione, violare præ-
sumpserint, duplum eius quod receperint Ecclesiæ à qua id receptum
fuerit, intra mensem reddere teneantur. Alioquin ex tunc Patriar-
chæ, Archiepiscopi, Episcopi, duplum ipsum vltra prædictum tem-
pus restituere differentes, ingressum sibi Ecclesiæ sentiant interdi-
ctum. Inferiores verò ab officio & beneficio nouerint se suspensos,
quousque de duplo huiusmodi grauatis Ecclesiis plenariam satisfac-
tionem impendant, nulla eis in hoc dantium remissione, liberalita-
te seu gratia valitura.

*Concilium Lateran. sub Innoc. 3. c. 8. & lib. 5. Decretalium. De accusa-
tionibus & inquisitionibus.*

Valiter & quando * quomodo debeat Prælatus procedere ad *quando.
Inquirendum, & puniendum subditorum excessus, ex auctori-
tatis noui & veteris Testamenti colligitur euidenter, ex quibus
postea processerunt Canonice sanctiones, sicut olim aperte distin-
ctum in Euangelio, quod villicus ille qui diffamatus erat apud domi-
num suum, quasi dissipasset bona ipsius, audiuit ab illo: Quid hoc
reus de te? redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris
negare. Et in Genesi Dominus ait: Descendam & videbo virtum
clamorem, qui venit ad me, opere compleuerunt. Ex quibus aucto-
ritatibus manifestè comprobatur, quòd non solum cum subditis, ve-
rum etiam cum prælatus excedit, si per clamorem & famam ad aures
superioris peruenerit, non quidem à maleuolis & maledicis, sed à
pauis & honestis: nec semel tantum, sed sæpè (quod clamor in-
iuris, & diffamatio manifestat) debet coram Ecclesiæ senioribus ve-
ritatem diligentius perscrutari, ut si rei poposcerit qualitas. Canoni-
ca distinctio culpam feriat delinquentis, non tanquam sit auctor &
reus, sed quasi deferente fama, vel denuntiante clamore, officii sui
debetur exequatur. Licet autem hoc sit obseruandum in subditis,
delictum tamen obseruandum est in prælatis, qui quasi signum sunt
populi ad sagittam. Et quia non possunt omnibus complacere, cum
ex officio teneantur non solum arguere, sed etiam increpare; quin
etiam interdum suspendere, nonnunquam verò ligare, frequenter o-
mnium multorum incurrunt & insidias patiuntur: Ideo sancti Patres
providè statuerunt, ut accusatio Prælatorum non facillè admitta-
retur, ne concussis columnis corruat ædificium, nisi diligens adhibea-
retur cautela, per quam non solum falsæ, sed etiam malignæ crimina-
tionis ianua præcludatur. Verum ita voluerunt providere Præla-
tos, ne criminarentur iniuste, ut tamen cauerent, ne delinquerent in-
iuste, contra morbum vtrumque inuenientes congruam medi-
cinam, videlicet ut criminalis accusatio, quæ ad diminutionem ca-
pitis

Luc. 16.
Gen. 18.

Thren. 3.

id.
21.

pitius (id est, degradationem) intenditur, nisi legitima praesentatio
 scriptio; nullatenus admittatur. Sed cum super excessibus suis
 quam fuerit infamatus, ita ut iam clamor ascendat, qui dicitur
 scandalo dissimulari non possit, vel sine periculo tolerari, ob
 bitationis scrupulo, ad inquirendum & puniendum eos
 non ex odii fomite, sed charitatis procedatur affectu, quatenus
 fuerit grauis excessus, et si non degradetur ab Ordine, ab admittit
 tione tamen amoueat omnino: quod est secundum Evangelicam
 sententiam à villicatione villicum amoueri, qui non potest villicum
 onis suae dignam reddere rationem. Debet igitur esse praesentatio
 tra quem facienda est inquisitio, nisi se per contumaciam obstru
 uerit: & exponenda sunt ei illa capitula de quibus fuerit inquisitum
 dum, ut facultatem habeat defendendi seipsum. Et non solum debet
 sed etiam nomina ipsa testium sunt ei, ut quid & a quo sit dictum
 appareat, publicanda: nec non exceptiones & replicationes
 admittenda, ne per suppressionem nominum infamandi, per
 pationem verò & exclusionem, deponendi falsum audacia peccet.
 Ad corrigendos itaq; subditorum excessus, tanto diligenter debet
 Praelatus assurgere, quanto damnabilius eorum offensas debeat
 correctas: contra quos, ut de notioribus excessibus tacetur, & in
 modis possit procedi, per accusationem videlicet, denunciationem
 & inquisitionem eorum, ut tamen in omnibus diligens adhibeatur
 cautela, ne fortè per leue compendium ad graue dispendium veniatur:
 sicut accusationem legitima praecedere debet in scriptis, & denun
 ciationem charitatiua admonitio, & inquisitionem clamorosa
 sinuatio praueinire, illo semper adhibito moderamine, ut iuxta
 man iudicii, sententiae quoq; forma dicatur. Hoc tamen ordinem
 circa Regulares personas non credimus vsquequaq; seruandum, quia
 cum causa requirit, facilius & libentius à suis possunt administrari
 nibus amoueri.

*Lib. 5. Decretal. De priuilegiis & excess. priuileg. cap. 16. Inno.
 Episcopo Lingonensi.*

Cum capella ducis Burgundiae gaudere dicatur huiusmodi pri
 uilegio, quod nullus Archiepiscopus vel Episcopus in personis
 Canonorum eiusdem cappelle suspensionis vel excommunicationis
 nis, aut interdicti sententias audeat promulgare: quidam capella
 praedictae Canonici, qui parochiales Ecclesias à se tenent, occasione
 priuilegii praesentati in his etiam quarum iurisdictio ad te pertinet
 ta se dicunt exemptos, ut quantumcumque grauius interdum con
 dant, tuae correctioni recuset & sententiae subiacere. Quatenus
 mandamus, quatenus in quantum exempti sunt eiusdem
 capellae, Apostolicis priuilegiis deferat reuerenter, sed in quantum
 ratione parochialium Ecclesiarum, vel alias iurisdictiōnem

Concil. Tri
 cū declar
 maneat in
 mactat

tepicere
 quaris.

Con
 to ro
 et quod
 rax, vel
 num alie
 cū absq
 (cum fac
 leu) me
 rosque a
 ne (cum i
 non tene
 Satuer
 here) nu
 ut praep
 quocum
 spensatio
 nare. Q
 tino.

Priuenlo
 restatis
 cū dia im
 habita cul
 eadem m
 suam inte
 fensam, r
 dere salub
 biliter val
 res atque
 bulber n
 ajs debere
 ygonem
 que ratio
 tum aliqu
 que graui
 ceps egre
 nec etiam
 de illis, a

respicere dignoscuntur, officij tui debitum in eisdem liberè prosequaris.

In 6. tit. De consuetudinibus.

Consuetudinem, quam in vestra Ecclesia seruata asseritis tanto tempore, quòd in contrarium memoria non existit, videlicet quòd ipsius Ecclesie Canonici duos personatus, aut duas dignitates, vel prapositiones, seu administrationes, aut duo officia, vel eorum alterum cum reliquo, in simul & prapendam, possint in ealitate absque dispensatione Sedis Apostolicæ obtinere: corruptelam (cum sacris sit inimica Canonibus, & de ambitionis radice processerit) merito reputantes: eam auctoritate Apostolica reprobamus: nosque ad ipsius obseruantiam, etiam si iuramento firmata existeret (cum iuramentum iniquitatis vinculum non existat) decernimus non teneri.

Seruentes, vt (cum vnum officium vix dignè valeat aliquis adimplere) nulli liceat de cetero nisi vnicum personarum, vel dignitatem, aut prapositionem, siue administrationem, vel officium perpetuum, quo eorumque nomine censeantur, cum prapenda insimul absque dispensatione dicte Sedis in eadem Ecclesia obtinere, vel iam obtentam tenere. Quòd si à quoquam scesus presumptum fuerit, irritum sit omnino.

In Sexto, tit. De statu Regularium.

Periculoso & detestabili quorundam monialium statui (quæ honestatis laxatis habent, & monachali modestia, sexusque verecundia impudenter abiectis, extra sua monasteria nonnunquam per habitacula secularium personarum discurrunt, & frequenter intra eadem monasteria personas suspectas admittunt, in illius, cui suam integritatem voluntate spontanea deuouerunt, grauem offensam, religionis opprobrium & scandalum plurimorum) prouidete salubriter cupientes presentis constitutione perpetuò irrefragabiliter valitura, sancimus, vniuersas & singulas moniales presentis atque futuras, cuiuscumque Religionis sint vel Ordinis, in quibuslibet mundi partibus existentes, sub perpetua in suis monasterijs debere de cetero permanere clausura: ita quòd nulli earum Religionem tacite vel expressè professæ, sit vel esse valeat quacumque ratione vel causa (nisi fortè tanto & tali morbo euidenter eorum aliquam laborare constaret, quòd non posset cum alijs absque graui periculo seu scandalo commorari) monasteria ipsa deinceps egrediendi facultat: nullique aliquatenus inhonestæ personæ, nec etiam honestæ (nisi rationabilis & manifesta causa existat, ac de illius, ad quem pertinuerit, speciali licenti) ingressus vel accessus

non exempti prelati ecclesiarum, monasteriorum, & Ordinum quorumcumque, in monasterijs huiusmodi sibi subiectis, de clausura conuenienti, vbi non est, ipsorum monasteriorum expensis, & fidelium elemosynis, quas ad hoc procurent diligentius facienda, & de ipsis monialibus includendis, quamprimum commodè poterunt, prouidere procurent; si diuini ac nostræ indignationis voluerint acrimoniam euitare: contradictores atque rebelles per censuram Ecclesiasticam appellatone postposita compescendo: inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. Per hoc autem in monasterijs exemptis Ordinarij locorum, quo ad alia, nullam sibi credant iurisdictionem vel potestatem aliquatenus attributam.

*Innocent. 3. in Concil. Lateranensi c. 12. & lib. 3. Decretal.
de stat. monachorum.*

In singulis regnis siue prouincijs fiat de triennio in triennium, saluo iure diocesano Pontificum, commune Capitulum Abbatum atque Priorum, Abbates proprios non habentium, qui non consueuerunt tale Capitulum celebrare, ad quod vniuersi conueniant, præpeditioem Canonicam non habentes, apud vnum de monasterijs ad hoc aptum; hoc adhibito moderamine, vt nullus eorum plus quam sex electiones, & octo personas adducat. Aduocent suam charitativè in huius novitatis primordijs duos Cisterciensis Ordinis Abbates vicinos, ad præstandum sibi consilium & auxilium opportunum, cum sint in huiusmodi capitulis celebrandis ex longa consuetudine plenius informati. Qui absque contradictione duos sibi de ipsis associant, quos viderint expedire. Ac ipsi quatuor præsent Capitulo vniuerso, ita quod ex hoc nullus eorum auctoritatem prælationis assumat: Vnde, cum expedierit, prouida possint deliberatione mutari. Huiusmodi vero Capitulum aliquod certis diebus continue iuxta morem Cisterciensis Ordinis celebretur, in quo diligens habeatur tractatus de reformatione Ordinis & obseruantia Regule: & quod statutum fuerit, illis quatuor approbantibus, ab omnibus inuolabiliter obseruetur, omni excusatione & contradictione ac appellatone remotis, prouiso nihilominus, vbi sequenti termino debeant Capitulum celebrari: & qui conuenierint, vitam ducant communem, & faciant proportionabiliter simul omnes communes expensas: ita quod si non omnes potuerint in eisdem, saltem plures simul in diuersis domibus commorentur. Ordinentur etiam in eodem Capitulo religiosæ ac circumspectæ personæ, quæ singulas abbatias eisdem regni siue prouinciæ, non solum monachorum, sed etiam monialium, secundum formam sibi præfixam, vice nostra studeant visitare, corrigentes & reformantes, quæ correctionis & reformationis officio viderint indigere: ita quod si rectorem loci cognouerint ab administratione penitus amouendum, denuncient Episcopo

Vu 3 pro

proprio, ut illum amouere procuret; quod si non fecerit, ipsi visitatores hęc referant ad Apostolicę Sedis examen. Hoc ipsum regere Canonicos secundum Ordinem suum volumus & precipimus obseruare. Si verò in hac nouitate quidquam difficultatis extiterit, quod per prædictas personas nequeat expediri, ad Apostolicę Sedis iudicium absque scandalo referatur, ceteris irrefragabiliter oblatis, quę concordati fuerint deliberatione prouisa.

Porro diocesani Episcopi monasteria sibi subiecta ita studere formare, ut cum ad ea prædicti visitatores accesserint, plus in illis ueniant quod commendatione, quam quod correctione sit dignum attentissimè præcauentes, ne per eos dicta monasteria in debitis operibus aggrauentur. Quia sic volumus superiorum iura seruari, uisferiorem nolimus iniurias sustinere. Ad hoc distinctè precipimus tam diocesani Episcopis, quam personis quę præerunt Capitula celebrandis, ut per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota, compescant aduocatos, patronos, uicedominos, rectores & uisuales, magnates & milites, seu quoslibet alios, ne monasteria præsumant offendere in personis ac rebus. Et si forsitan offenderint, cessante satisfactionem compellere non omittant, ut liberius & quietius omnipotenti Deo valeant famulari.

In Sexto, tit. De rescriptis.

Statutum quod circa iudices à Sede Apostolica deputandos per edidimus, cum quædam contenta in eo, quę pro communi utilitate credebantur inducta (sicut experientia docuit) reuocandis agnoscantur ad noxam, sanctione præsentis, quam irrefragabiliter seruati mandamus, suadente utilitate in melius diximus reformandum. Sancimus igitur, ut nullis nisi dignitate præditis, aut potestatem obtinentibus, seu Ecclesiarum Cathedralium Canonis, cum auctoritate litterarum Sedis Apostolicę, vel Legatorum eiusdem cetero committantur; nec audiantur alibi quam in ciuitatibus vel locis insignibus, ubi possit commodè copia peritorum haberi.

F I N I S.